



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

Lotio sacrorum, §. 2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

Textus Octavus ex eadem dist. 1. de Consec. C. Ad nuptiarum.

27 **A**D nuptiarum ornatum divina mysteria non præstentur; ne dum improborum contactu, pompaque secularis luxuria polluantur, ad officia sacri mysterii videantur indigna.

Hic, sermonem esse de contactu in ordine ad usum profanum; ex ipso litteræ aspectu satis pater.

Atque hi sunt à Suarez, aliisque hac de re contra nos citari textus; quibus accuratè inspectis, meritò, pronunciare potuimus; probabilem esse sententiam, nullum in prædicto contactu veniale peccatum agnoscentem.

§ II.

Lotio Sacrorum.

Certum est Corporalia Purificatoria, & similia lavari,

à Suar. Coninch. Reg. aliq; passim apud Bonac. de Enc. d. 4. q. ult. p. 10. n. 22.

lavari, saltem ex convenientia debere à Diacono in vase ad hoc præparato, lotionemque mittendam esse in Piscinam Sacram, seu Sacrarium, quod, sic, nihil aliud est, nisi locus in pariete, seu sub terram defossus, & ab aliis profanis usibus separatus, in quem hæc lotio, & similia proiici, ob reverentiam, solent,

2. Notant autem communiter & Doctores, hoc intelligendum esse de prima lotionem, nam hac, per Diaconum habita, possunt laici sine scrupulo, & scæminæ, præsertim sacrae Virgines, ea melius lavare, tergere, & reficere.

3. Dubium ergo superest. An si laicus, sine necessitate ea in prima lotionem lavet, peccet. Et non peccari quidem mortaliter certum sit, quia non est materia gravis; Peccari autem venialiter & multi supponunt, ex eo, quia, si ea tangere, ex ipso-

a Suar. disp. de sac. 81. sect. 8. §. 4. addendum aliquo

ipforum sententia, iis non licet, sub culpa veniali; multo magis, non licebit lavare.

4. Verum probabile est, nec esse veniale, licet sit optimum consilium ut à Diacono, vel Subdiacono, vel habentibus ad id privilegium, in primalotione, laventur. Ratio est, tum quia Doctores, supra, probabiliter docentes, non esse veniale tangere, videntur etiam probabiliter docere, nec esse, lavare: in lotionem enim, nil aliud tandem intervenit, ut idem Suarez ibidem fatetur, nisi quidam contactus: tum quia, ut ibi, ita hic, non constat impositam esse obligationem sub ullo præcepto, ut jam ex sequenti textu, quem adversarii communiter afferunt, apparebit: est autem huiusmodi. *¶*

5. *Nemo per ignorantiam* Et infra *Pallas vero, & vela Sanctuarii, si sordidata fuerint ministerio, Diaconum humilibus ministris, intra Sanctuarium,*

¶ C. nemo 2. de consec. dist. 11.

*cluarium, latent non eiicientes foras in
Sacratio, & velamina Dominica mensa
abluant, ne forte pulvis Dominici Corpo-
ris male decidat.*

6. Ubi nota Primo, hunc Cano-
nem, quoad vela, omnes fateri jam
usu ipso derogatum esse; id quod
diserte docet hic Glossa *a* quæ sic
habet. *Et vela, id est ornamenta vel ve-
la, id est cortina. Huic hodie derogatum
est consuetudine generali.* Hæc Glos-
sa.

7. Nota Secundo, illud (*Palla*)
intelligi de Corporalibus ut habet
Glossa, *b* sed à Doctoribus propter
identitatem rationis, merito ex-
tendi ad Purificatoria, Calices Pa-
tenasque.

8. Nota. Tertio hunc textum
concedere prædictam lotionem
Diaconis cum humilibus mini-
stris; cur igitur plures Doctores
id coarctent ad unum Diaconum?
Si licet igitur; meo intellectu hunc

Cano-

*a Gloss v. & vela. b Gloss c. Altaris
pallad. i. de confec.*

Canonem explicare, sensus erit, ut Diaconi tanquam iis, quibus cura Sacrorum incumbit, assistant. minores ministri lavent; tunc enim recte dicetur Diaconis cum ministris lavare sicut Domina cum Ancillis, dicitur domus servitia exhibere, illa scilicet dirigente, his exequentibus.

9. Nota Quarto, loquendo de iis, qui ministri Ecclesiæ non sunt. atque adeò de laicis, puto, iis, nequaquam in hoc textu prohiberi. ne sub veniali quidem, primam prædictorum lotionem. Ratio est, quia, ut patet, ex littera, nullum verbum est ostendens obligationem ejusmodi: solum enim dicitur (*Diaconi, cum ministris lavent*) hoc autem imperativum, nec ex se significat prohibitionem sub peccato in opinione probabilissima, & multo magis hic ex Pontificis mente, qui explicare, dumtaxat,

D

im

a Caet. Castr. Carb. apud Castrop. t. I.
d. 1, de leg. pag. 9. n. 3. Aliique;

in hoc textu. intendit id esse officium Diaconorum, & ministrorum; ceterum an ab aliis fieri idem possit nec annuit, nec abnuit. Sane si quis ita dicat, Ostiarii januas Ecclesiarum aperiant; ostenderet quidem officium Ostiarii, non tamen prohiberet, quo minus ab aliis, quamvis non ex officio, aperire Ecclesiarum januas possint.

10. Dices Suarez a postquam regulit hunc eundem textum, ita subdit. *Quæ omnia servanda sunt, saltem in prima lotione, hoc enim nulla consuetudine abrogatum est, neque rationabiliter abrogari potest ut notat Silvester.* Hæc Suarez Respondeo, nos non hactenus non asseruisse, hunc textum esse abrogatum consuetudine sed in illo non ferri legem, sub peccato prohibentem.

11. Sed quæso te, expende, an verum sit, quod hic textus non sit abrogatus. In illo quatuor à Pontifico

a Suar. disp. de sacr. 81. sect. 8. §. 4. addendum.

et sic ordinantur : Primo ut Palle,
id est Corporalia sordidata laven-
tur. Secundo, ut laventur à Diaconis
cum humilibus ministris. Ter-
tio, ut laventur intra Sacrarium.
Quarto, ut non pronciatur lotio fo-
ras à Sacrario. Ex quibus, illud se-
cundum, quod laventur in prima
lotione à Diaconis, ubinam locorū
servatur? lavantur enim à Subdia-
cono, & à dictis supra n. 5. Et illud
tertium quod in eadem prima lotio-
ne, laventur intra Sacrarium, quo-
tus quisque est, qui hodie observat?
lavantur enim passim à ministris, u-
bi libuerit in plebi, quamvis obser-
vent illud quartum quod non pro-
iciant lotionem foras à Sacrario. Si
ergo defacto aliqua ex dictis sunt,
etiam per timoratos, abrogata, non
debuit universaliter dici à Suario,
ea quæ in prædicto capitulo ordi-
nantur, abrogari rationabiliter non
posse.